PA2087
C2S3
1878a

188

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 037 281 5

PA 2087
.C2 S3
1878a
Copy 1

THE NATURAL METHOD

TALKS WITH CAESAR

DE BELLO GALLICO

BY

L. SAUVEUR, Ph.D., LL.D.

NEW YORK
HENRY HOLT AND COMPANY
F. W. CHRISTERN
Boston : Schœnhof & Mœller
1878

Copyright,
1878,
By LAMBERT SAUVEUR.

2-38395

E.G.B. Jan 8-13
a.m.R., June 15, 1920
PA2087
.C2S3
1.8780a

INTRODUCTION.

THIS is the first chapter of my book, "Talks with Caesar *De Bello Gallico;*" I offer it to teachers of Latin two or three months before the publication of the complete work, in order that they may at once gain some idea of the reform which I undertake. As a sort of preface to those "Talks," I have written a pamphlet—"Introduction to the Teaching of Ancient Languages." A study of this pamphlet is indispensable for the proper understanding of the manner in which to use my first Latin book.

It is, indeed, a *first* Latin book, intended to be given to the pupil the very first day, without any preparatory study of declensions, conjugations, or syntax. This is the essence of the reform, which is not a change, but a radical revolution. I cannot affirm this too positively, for it is on this ground I have entrenched myself, and thence I call upon all who ardently desire the progress of superior education, to coöperate with me.

This pamphlet, which is just published, demonstrates the need of a reform in the instruction of languages, describes the nature of our reform, and *carefully explains the manner of beginning the study of Latin by the use of "Talks with Caesar."*

The complete work will appear in June, and in its Preface I shall give my latest experiences obtained

in the classes I teach according to the new method, and I shall also add any suggestions which may occur to me after the publication of my pamphlet.

John Stuart Mill says: "Reforms, worthy of the name, are always slow, and reform even of governments and churches is not so slow as that of schools, for there is the great preliminary difficulty of fashioning the instruments, of teaching the teachers."

So thoroughly did I apprehend the truth of that remark that three years ago I opened a summer Normal School in Plymouth, New Hampshire. The second session was held at Amherst College, and one hundred and fifty teachers attended, in order to learn how to teach the modern languages. This year the third session will be held again at Amherst, and I have added to the course the ancient languages, Latin, Greek, Hebrew, and Sanskrit, which will be taught by the new method. The programme of the Normal School is printed, and at the disposal of any who are interested in the matter. I trust that the teachers of ancient languages will be as eager to inform themselves of our mode of instruction, as the teachers of living languages have been.

N. B.—Teachers desiring further information will please address their letters to me, until May 15th, to the School of Languages, 1481 Broadway, New York City. After May 15th my address will be found in "The Nation," and in the "New England Journal of Education."

L. SAUVEUR.

NEW YORK, *March*, 1878.

C. JULII CAESARIS

DE BELLO GALLICO.

LIBER PRIMUS.

I.

Gallia est omnis dīvīsa in partēs trēs; quārum ūnam incolunt Belgae, aliam Aquītānī, tertiam quī ipsōrum linguā Celtae nostrā Gallī appellantur.

Gallia est omnis divisa in partes tres.

Gallia est divisa.

Gallia est divisa in partes.

Gallia est divisa in partes tres.

Nonne Gallia est divisa?

Gallia est divisa.

Nonne Gallia est divisa in partes?

Nonne Gallia est divisa in partes tres?

Nonne Gallia est omnis divisa in partes tres?

In quot partes est Gallia omnis divisa?

Gallia est omnis divisa in partes tres.

Nonne Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae?

Nonne Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, ter-

tiam qui ipsorum lingua Celtae, *Latina* Galli appellantur?

Gallia est omnis divisa in partes tres. Nonne?

Ita est.

Harum trium partium Belgae unam incolunt.

Harum trium partium Aquitani aliam incolunt.

Harum trium partium tertiam incolunt qui ipsorum lingua Celtae, *Latina* Galli appellantur.

Nonne harum trium partium Belgae unam incolunt?

Nonne harum partium Aquitani aliam incolunt?

Belgae Galliam incolunt.

Nonne Aquitani Galliam incolunt?

Nonne Belgae, et Aquitani, et qui ipsorum lingua Celtae, Latina Galli appellantur, Galliam incolunt?

Nonne hi omnes Galliam incolunt?

Ego non incolo Galliam.

Tu non incolis Galliam.

Num incolis Galliam?

Non incolo Galliam.

Num incolo Galliam?

Non incolis Galliam.

Num Caesar Galliam incolit?

Caesar Galliam non incolit.

Belgae Galliae incolae sunt.

Aquitani Galliae incolae sunt.

Tu non incolis Galliam.

Tu non es Galliae incola.

Num Galliam incolimus?

Galliam non incolimus.

Num Caesar Galliae incola est?

Num es tu Galliae incola?

Num sum Galliae incola?

Num sumus Galliae incolae?

Nonne Galliae incolae sunt qui ipsorum lingua Celtae, Latina Galli appellantur?

Quotam partem Galliae incolunt?

Tertiam partem Galliae incolunt.

Quomodo appellantur ipsorum lingua qui tertiam partem Galliae incolunt?

Quomodo appellantur Latina lingua?

Quomodo appellantur Caesaris lingua?

Nescio.

Nonne Latina lingua est Caesaris lingua?

Quomodo appellantur Caesaris lingua qui tertiam partem Galliae incolunt?

Galli appellantur.

Optime.

Quomodo appellantur Ciceronis lingua qui tertiam partem Galliae incolunt?

Nonne Caesaris lingua est Ciceronis lingua?

Caesar Romanus est. Nonne?

Et Cicero?

Cicero quoque.

Nonne Latina lingua est Romanorum lingua?

Caesar et Cicero Romani sunt.

Num Romani sumus?

Nonne qui tertiam partem Galliae incolunt Romanorum lingua Galli appellantur?

Romanorum lingua non est mea lingua.

Num est Romanorum lingua tua lingua?

Quomodo appellantur tua lingua qui tertiam partem Galliae incolunt?

Nonne ii *Gauls* appellantur tua lingua?

Quomodo appellantur Belgarum lingua?

Nescio.

Num Belgarum lingua est Romanorum lingua?

Minime vero.

Nonne tres populi Galliam incolunt?

Qui populi Galliam incolunt?

Belgae, Aquitani, Galli Galliam incolunt.

Hī omnēs linguā, īnstitūtīs, lēgibus inter sē differunt.

Nonne Belgae, et Aquitani, et Galli, lingua, institutis, legibus inter se differunt?

Belgarum lingua non est lingua Aquitanorum.

Gallorum lingua non est Belgarum nec Aquitanorum lingua.

Nonne Caesaris lingua est Romanorum lingua?

Nonne Ciceronis lingua est Caesaris lingua?

Num lingua inter se differunt Cicero et Caesar?

Nonne Demosthenes et Caesar lingua inter se differunt?

Nonne Graeca lingua est Demosthenis lingua?

Estne Graeca lingua nostra lingua?

Nonne Romani et Graeci lingua inter se differunt?

Belgae, Aquitani, Galli institutis et legibus inter se differunt.

Nonne Romani et Graeci institutis et legibus inter se differunt?

Romanorum instituta non sunt Graecorum instituta.

Num sunt Romanorum leges Graecorum leges?

Num sunt Belgarum instituta Aquitanorum instituta?

Num sunt Gallorum leges Aquitanorum leges?

Quomodo hi omnes inter se differunt?

Quae est horum omnium lingua?

Nescio.

Quae sunt horum omnium instituta?

Quae sunt Belgarum, Aquitanorum, Gallorum leges?

Quae est Caesaris lingua?

Quae est Demosthenis lingua?

Quae est Platonis lingua?

Nonne Plato, Demosthenes, Socrates, Sophocles, Pindarus Graeci sunt?

Nonne horum omnium lingua est Graeca lingua?

Quomodo appellantur Latina lingua qui Romam incolunt?

Quomodo appellantur Latina lingua qui Graeciam incolunt?

Gallōs ab Aquītānīs Garumna flūmen, ā Belgīs Matrona et Sēquana dīvidit.

Garumna flumen Gallos ab Aquitanis dividit.

Matrona et Sequana Gallos a Belgis dividit.

Garumna est flumen.

Matrona et Sequana sunt flumina.

Flumen fluit.

Garumna flumen fluit inter Gallos et Aquitanos.

Matrona et Sequana flumina fluunt inter Gallos et Belgas.

Unum flumen inter Gallos et Aquitanos fluit.

Quod flumen fluit inter Gallos et Aquitanos?

Quae flumina fluunt inter Gallos et Belgas?

Nonne duo flumina inter Gallos et Belgas fluunt?

Quomodo Latina lingua appellantur flumina quae inter Gallos et Belgas fluunt?

Quomodo Latina lingua appellatur flumen quod inter Gallos et Aquitanos fluit?

Quomodo appellatur flumen quod Gallos ab Aquitanis dividit?

Nonne tria flumina omnem Galliam dividunt?

Quomodo appellantur flumina quae omnem Galliam dividunt?

Flumina quae omnem Galliam dividunt Garumna, Matrona, Sequana appellantur.

In quot partes haec flumina Galliam dividunt?

Nonne Gallia est omnis divisa in partes tres tribus fluminibus?

Quibus fluminibus est Gallia divisa in partes tres?

Matrona et Sequana fluunt inter Gallos et Belgas.

Garumna fluit inter Gallos et Aquitanos.

Matrona, Sequana, Garumna flumina fluunt in Gallia.

Hōrum omnium fortissimī sunt Belgae, propterea quod ā cultū atque hūmānitāte prōvinciae longissimē

absunt, minimēque ad eōs mercātōrēs saepe commeant, atque ea quae ad effēminandōs animōs pertinent important; proximīque sunt Germānīs, quī trāns Rhēnum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt.

Omnium Galliae incolarum Belgae fortissimi sunt.

Aquitani, Belgae, Galli Galliam incolunt.

Hi omnes sunt fortes.

Belgae sunt fortiores quam Aquitani et Galli.

Belgae sunt omnium fortissimi.

Horum omnium qui Galliam incolunt Belgae sunt fortissimi.

Caesar est fortis.

Caesar est fortior quam Cicero.

Nonne Galli sunt fortes?

Nonne Aquitani sunt fortes?

Nonne hi omnes qui Galliam incolunt fortes sunt?

Nonne Belgae sunt fortiores quam Galli et Aquitani?

Nonne Belgae sunt fortissimi omnium incolarum Galliae?

Suntne Belgae fortiores quam Romani?

Nescio.

Nonne Caesar est fortis?

Estne Caesar fortior quam Annibal?

Quare sunt Belgae fortissimi omnium Galliae incolarum?

Propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt, minimeque ad eos mercatores saepe commeant, atque ea quae ad effeminan-

dos animos pertinent important, proximique sunt Germanis, quibuscum continenter bellum gerunt.

Belgae longissime absunt a cultu atque humanitate provinciae.

Belgae a cultu atque humanitate provinciae longe absunt.

A cultu provinciae longius absunt quam Aquitani et Galli.

Belgae a provincia longe absunt.

Nonne Belgae longe absunt a cultu provinciae?

Nonne longe absunt a provincia?

Nonne longissime absunt a Roma?

Nonne ab humanitate provinciae longius absunt quam Galli?

Nonne fortiores sunt quam Galli?

Quare?

Num Belgae longe absunt a Sequana?

Minime vero; Sequana fluit inter eos et Gallos.

Num Belgae a Matrona flumine longe absunt?

Mercatores ad Gallos, Belgas, Aquitanos commeant.

Mercatores ad Belgas non saepe commeant.

Mercatores saepius ad Gallos et Aquitanos quam ad Belgas commeant.

Ad Belgas minime saepe commeant.

Commeantne mercatores ad omnes Galliae incolas?

Num ad Belgas saepe commeant?

Commeantne saepius ad Gallos quam ad Aquitanos?

Nescio.

Nonne commeant saepius ad Gallos quam ad Belgas?

Mercatores merces mercantur.

Mercatores merces important.

Mercatores merces in Galliam important.

Ad Gallos, Belgas, Aquitanos merces important.

Mercatores eas merces quae ad effeminandos animos pertinent in Galliam important.

Mercatores ea quae ad effeminandos animos pertinent important.

Nonne ea quae ad effeminandos animos pertinent mercatores saepius ad Gallos quam ad Belgas important?

Nonne ea minime saepe mercatores ad Belgas important?

Nonne mercatorum merces ad effeminandos animos pertinent?

Nonne animos effeminant?

Num Belgae effeminati sunt?

Nonne fortes sunt?

Nonne provinciae incolae effeminati sunt?

Belgae longe absunt a provincia.

Non longe absunt a Germanis.

Rhenus inter Belgas et Germanos fluit.

Germani trans Rhenum incolunt; Belgae cis Rhenum incolunt.

Quod flumen Belgas a Germanis dividit?

Nonne Belgae proximi sunt Germanis?

Quo flumine divisi sunt a Germanis?

Nonne Belgae fortes sunt?

Nonne bellum gerunt?

Nonne cum Germanis bellum gerunt?

Nonne continenter bellum gerunt?

Num continenter bellum gerere ad effeminandos animos pertinet?

Num cum Germanis bellum gerere Belgas effeminat?

Suntne Germani fortes?

Suntne fortiores quam Belgae?

Minime vero; omnium fortissimi sunt Belgae.

Dixitne ita Caesar?

Ita dixit.

Minime. Caesar dixit: "Horum omnium (qui Galliam incolunt) Belgae sunt fortissimi." Sed Germani Galliam non incolunt.

Suntne Belgae fortiores quam Germani?

Nescio.

Optime.

Belgae et Germani sunt fortes, propterea quod continenter bellum gerunt.

Quā dē causā Helvētiī quoque reliquōs Gallōs virtūte praecēdunt, quod ferē quotīdiānīs proeliīs cum Germānīs contendunt, cum aut suīs fīnibus cōs prohibent, aut ipsī in eōrum fīnibus bellum gerunt.

Helvetii sunt Galli.

Reliquos Gallos virtute praecedunt.

Omnes Galli sunt fortes, sed Helvetii sunt fortiores quam reliqui Galli; ii sunt omnium Gallorum fortissimi.

Suntne Helvetii fortiores quam Belgae?

Minime vero; Caesar dicit: omnium incolarum Galliae fortissimi sunt Belgae.

Suntne Belgae Galli?

Minime.

Nonne Belgae reliquos Galliae incolas virtute praecedunt?

Praeceduntne Germanos virtute?

Nonne Caesar Ciceronem virtute praecedit?

Praeceditne Caesar Annibalem virtute?

Praeceditne Caesar Annibalem cultu et humanitate?

Qua de causa Helvetii reliquos Gallos virtute praecedunt?

Nonne bellum gerunt?

Nonne cum Germanis contendunt?

Quomodo?

Proeliis contendunt.

Num proeliis contendere ad effeminandos animos pertinet?

Nonne provinciae merces ad animos effeminandos pertinent?

Nonne Helvetii sunt fortes?

Nonne fortes sunt propterea quod fere quotidianis proeliis contendunt?

Quibuscum contendunt Helvetii?

Cum Germanis contendunt.

Quando?

Cum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt.

Nonne Helvetii Germanos suis finibus prohibent?

Et Belgae?

Belgae quoque suis finibus Germanos prohibent.

Nonne Helvetii ipsi in Germanorum finibus bellum gerunt?

Et Belgae?

Nonne Germani suis finibus Helvetios prohibent?

Nonne ipsi in Helvetiorum finibus bellum gerunt?

Suntne Germani fortiores quam Helvetii?

Ubi incolunt Helvetii et Germani?

Nonne Rhenus inter Helvetios et Germanos fluit?

Nonne Rhenus Helvetios a Germanis dividit?

Quae flumina Galliam in tres partes dividunt?

Quod flumen Belgas a Germanis dividit?

Num flumen Rhenus in Gallia fluit?

Nonne flumen Rhenus inter Galliam et Germaniam fluit?

Ubi fluit Rhenus?

Ubi fluunt Matrona et Sequana?

Ubi fluit Garumna?

Eōrum ūna pars, quam Gallōs obtinēre dictum est, initium capit ā flūmine Rhodanō; continētur Garumnā flūmine, Ōceanō, fīnibus Belgārum; attingit etiam ab Sēquanīs et Helvētiīs flūmen Rhēnum; vergit ad septentriōnēs.

Galli unam partem Galliae incolunt.

Galli unam partem Galliae obtinent.

Aquitani aliam partem Galliae obtinent.

Belgae tertiam partem Galliae obtinent.

Galliae una pars est Gallorum.

Galliae alia pars est Aquitanorum.

Galliae tertia pars est Belgarum.

Tres populi Galliam incolunt. Nonne?

Galli unam partem Galliae obtinent.

A Caesare dictum est Gallos unam partem Galliae obtinere.

Aquitani aliam partem Galliae obtinent.

A Caesare dictum est Aquitanos aliam partem Galliae obtinere.

Nonne Belgae tertiam Galliae partem obtinent?

Nonne a Caesare dictum est Belgas tertiam partem Galliae obtinere?

A quo dictum est Gallos unam partem Galliae obtinere?

A Caesare dictum est.

Nonne a Caesare dictum est Galliam omnem divisam esse in partes tres?

A quo dictum est Galliam esse divisam in partes tres?

Nonne a Caesare dictum est Belgas, Aquitanos, Gallos lingua inter se differre?

Num a Caesare dictum est Romanos et Belgas lingua inter se differre?

A Caesare non dictum est Belgas et Romanos lingua inter se differre.

Nonne lingua inter se differunt?

Lingua inter se differunt, sed a Caesare non dictum est eos lingua inter se differre.

A quo dictum est Belgas, Aquitanos, Gallos legibus inter se differre?

Nonne Caesar dixit hos omnes institutis inter se differre?

Nonne Caesar dixit Garumnam flumen Gallos ab Aquitanis dividere?

Nonne Caesar dixit Matronam et Sequanam Gallos a Belgis dividere?

Nonne a Caesare dictum est Belgas esse fortissimos omnium Galliae incolarum?

Quis dixit Belgas esse omnium fortissimos?

Quis dixit Belgas a cultu atque humanitate provinciae longissime abesse?

Nonne Belgae proximi sunt Germanis?

A quo dictum est Belgas proximos esse Germanis?

Nonne Caesar dixit Belgas proximos esse Germanis?

Nonne Germani trans Rhenum incolunt?

Quis dixit eos trans Rhenum incolere?

Nonne Belgae cum Germanis continenter bellum gerunt?

A quo dictum est eos cum Germanis continenter bellum gerere?

A quo dictum est Helvetios reliquos Gallos virtute praecedere?

Nonne a Caesare dictum est unam Galliae partem Gallos obtinere?

Nonne a Caesare dictum est hanc Galliae partem initium capere a flumine Rhodano?

Ea pars est Gallorum.

Galliae pars quam Galli obtinent a flumine Rhodano initium capit.

Rhodanus est flumen.

Rhodanus flumen in Gallia fluit.

Et Garumna flumen?

Garumna quoque in Gallia fluit.

Et Sequana et Matrona?

Nonne Galli a flumine Rhodano initium capiunt?

A quo flumine initium capiunt Galli?

Nonne Caesar dixit Gallos a flumine Rhodano initium capere?

Galliae pars quam Galli obtinent Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum continetur.

Garumna est flumen.

Oceanus est mare.

Matrona et Sequana sunt Belgarum et Gallorum fines.

Nonne Caesar dixit Gallos a Belgis divisos esse Matrona et Sequana?

Nonne haec duo flumina Belgarum fines sunt?

Nonne Galli quatuor fluminibus et Oceano continentur?

Quomodo appellantur flumina quibus Galli continentur?

Appellantur Rhodanus, Garumna, Matrona, Sequana.

Nonne haec omnia in Gallia fluunt?

Et flumen Rhenus?

Ubi fluit Rhenus?

Nonne Helvetii Galli sunt?

Nonne Rhenus inter Gallos et Germanos fluit?

Caesar dixit: "Ea pars quam Galli obtinent attingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum."

Nonne Galli flumen Rhenum attingunt?

Nonne a Caesare dictum est Gallos flumen Rhenum attingere?

Galli quinque flumina attingunt.

Quomodo Latina lingua appellantur haec quinque flumina?

Appellantur Rhenus, Rhodanus, Sequana, Matrona, Garumna.

Nonne Galli Oceanum attingunt?

Ita sane.

Nonne Caesar dixit Gallos Oceanum attingere?

Ita dixit.

Quibus verbis?

His verbis: "Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, continetur Garumna flumine, *Oceano*, finibus Belgarum.

Nonne Galli flumen Rhenum attingunt?

Qua ex parte?

Ab Sequanis et Helvetiis.

Attinguntne Sequani et Helvetii flumen Rhenum?

Suntne Rheno proximi?

Suntne Germanis proximi?

Quo flumine divisi sunt a Germanis?

Nonne cis Rhenum incolunt?

Et Germani?

Galliae una pars, quam Galli obtinent, ad septentriones vergit.

Nonne a Caesare dictum est partem quam Galli obtinent ad septentriones vergere?

Ubi sunt septentriones?

En septentriones.

Belgae ab extrēmīs Galliae fīnibus oriuntur, pertinent ad īnferiōrem partem flūminis Rhēnī, spectant in septentriōnem et orientem sōlem.

A quibus finibus oriuntur Belgae?

A quo flumine initium capiunt Galli?

Nonne a flumine Rhodano oriuntur Galli?

Nonne a Caesare dictum est Belgas ab extremis Galliae finibus oriri?

Nonne dictum est Gallos a flumine Rhodano initium capere?

Pertinentne Belgae ad flumen Rhenum?

Ad quam partem fluminis Rheni pertinent Belgae?

Nonne Caesar dixit eos ad inferiorem partem fluminis Rheni pertinere?

Belgae spectant in septentrionem et orientem solem. Nonne?

Vergunt in septentrionem et orientem solem.

Quo vergunt Belgae?

Quo spectant Belgae et Galli?

Nonne dictum est Belgas in septentrionem et orientem solem, Gallos in septentriones spectare?

Spectantne Galli in orientem solem?

Ubi est oriens sol?
En oriens sol.
Ecce oriens sol.
En orientem solem.
Ecce orientem solem.
Ubi est septentrio?
Ecce septentrionem.
Nonne sunt septem triones?
Triones septem sunt.
Nonne Latini dicunt septentriones?
Latini dicunt septentriones et septentrionem.
Quomodo tua lingua appellatur septentrio?
Mea lingua *north* appellatur.
Quomodo tua lingua appellatur oriens sol?
Mea lingua *rising sun* appellatur.

Aquītānia ā Garumnā flūmine ad Pȳrēnaeōs montēs, et eam partem Ōceanī, quae est ad Hispāniam, pertinet, spectat inter occāsum sōlis et septentriōnēs.

Nonne Aquitania est una pars Galliae?
Nonne dictum est Aquitanos Galliae unam partem incolere?
Aquitania a Garumna flumine initium capit.
A quo flumine oritur Aquitania?
A quo flumine oriuntur Galli?
Ad quos montes pertinet Aquitania?
Nonne a Caesare dictum est Aquitaniam ad Pyrenaeos montes pertinere?
Nonne Aquitania pertinet etiam ad Oceanum?
Quam ad partem Oceani pertinet Aquitania?

Nonne a Caesare dictum est Aquitaniam pertinere ad eam partem Oceani quae est ad Hispaniam?

Estne Oceanus ad Hispaniam?

Est ad Hispaniam.

Rhenus est ad Galliam et Germaniam. Nonne?

Ita est; etenim hoc flumen inter Gallos et Germanos fluit.

Quo spectat Aquitania?

Nonne dictum est, Aquitaniam spectare inter occasum solis et septentriones?

Ubi est occasus solis?

Ubi est oriens sol?

Ubi sunt septentriones?

Quomodo tua lingua appellatur occasus solis?

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 037 281 5

DR. L. SAUVEUR'S

EDUCATIONAL WORKS.

Introduction to the Teaching of Living Languages, - - - - -	$0.25
Introduction to the Teaching of Ancient Languages, - - - - -	0.50
Causeries avec les Enfants. (Illustrées), -	1.25
Petites Causeries, - - - - -	1.25
Causeries avec mes Elèves. (Illustrées), -	1.50
Entretiens sur la Grammaire, - - -	1.75
Fables de la Fontaine (avec Notes et Commentaires), - - - - -	1.50
Talks with Caesar De Bello Gallico, - -	1.50
Talks with Xenophon. (In Preparation.)	
Talks on the Epitome Historiae Sacrae. (In Preparation.)	
Les Pensées de George Sand. (In Preparation.)	

Specimen pages of LA FONTAINE, La première leçon de français, and the first chapter of the "Talks with Caesar," may be obtained free by addressing the author, or publishers,

HENRY HOLT & CO.,
NEW YORK.